Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Adplica quoq; adte aaron fratrem tuũ cum filiis
suis. de medio filiorũ israel. ut sacerdotio fungantur
mihi. aaron Nabad & abiu & eleazar & ithi
mar. Descripta factura tabernaculi consequenter
sacerdotes qui ei ministrent ordinantur.
Quorum quidem ordinatio & habitus iste ecclae
sacerdotib; congruit. Hautem omne quod illic in or
natu uestium clarũ & extrinsecus fulgebat. hoc in
tellectum spiritalit in ipsis sacerdotum nostrorũ
moribus altum intus emineat. Hoc ineorũ actibus
praeceleris fidelium meritis foris gloriosum claresc
at. Vnde apte pcipitur moysi ut adplicet adse
aaron fratrem suũ cum filiis de medio filiorũ israel
ad fungendum sacerdotiũ coram dno. Necesse enim
est quicumq; ad maiorem in scã ecclã gradum
promouendi sunt. maiora mentis industria sese ad
legendi applicent. Idest diuinorũ obseruantiae
mandatorũ sollectiore pceleris animo capulentur.
Hoc enim eos qui sacerdotio functuri sunt de medio fili
orum israel ad moysen adplicari. Presules ac doctores
scae ecclae comunem uitã electorũ. singulari
meritis culmine transcendere. & familiari inspec
tione quid lex generalit omnibus electis. quid uero
paucis perfectioribus specialit loquat adtendere,